

extendo, &c. Vide Couar. in libr. 3. Variarum resolut. cap. 5. num. 4. & Matiençum in l. 1. tit. 7. gloss. 7. in fine. & in l. 11. tit. 7. gl. 7. num. 3. & 4. & in l. 5. tit. 8. lib. 5. Recopil. gl. 1. nu. 3. qui latius respondent ad authenticam de restitutione fideicommissi. §. nos igitur.

* Ad numerum 7. ibi.) Aduertendum tamen est, si ergo patruus decedat relictis filiis duorum fratrum, quorum alter sit sibi coniunctus ex utroque latere, alter ex vno tantum proculdubio filij fratris utrinque coniuncti præferuntur in successione filiis fratris ex vno latere tantum, ut tenet hic dominus meus, & Gregorius Lopez in l. 5. tit. 13. part. 6. Couar. in epitome successione numero 7. Matiençus in l. 5. tit. 8. lib. 5. gloss. 1. num. 6. Gomez Arias hic, num. 14. Tellus num. 4. & 5.

* Ad numer. 7. ibi.) Imo quod magis est filius vel filia fratris utrinque coniuncta præfertur alteri fratri ex vno latere coniuncto, &c. Idem tenet Gomez Arias hic, numero 19. Matiençus in dict. l. 5. tit. 8. lib. 5. gloss. 1. num. 7. Velazquez hic, gl. 3. num. 2. Mieres in tractatu maioratus 2. part. quæst. 7. num. 8.

* Ad numerum 8. ibi.) Vnum tamen in hoc singulariter est notandum quod ista maior qualitas coniunctionis nõ est attendenda nec consideranda ultra prædictos fratres & filios fratrum, &c. Idem tenet Tellus hic, numero 5. Gregorius in l. 5. titulo 13. part. 6. verbo, hermana, Couar. in epitome success. numero 9. Matiençus in dict. l. 5. gloss. 1. num. 8. Velazquez hic, gl. 2. num. 3.

* Ad numer. 8. ibi.) Si vero concurrat ex vna parte frater consanguineus tantum ex parte patris, & ex alia frater uterinus, &c. Vide Gomezium Arias idem tenentem hic num. fin. Gregorium Lopez in l. 6. tit. 13. part. 6. gloss. 1. Couarruias in epitome success. num. 8. versic. 3. est animaduertendum. Matiençus in dicta l. 5. glossa 1. numero 9.

* Ad numerum 8. ibi.) Item adde quod ultra fratres, & eorum filios non habet locum ista distinctio & separatio bonorum, &c. Idem tenet Gregorius in l. 6. glossa primo, titulo 3. part. 6. Couarruias in epitome success. numero 8. versicul. 3. di-

ces hanc communem, Matiençus alios referens in l. 3. titulo 8. libro 5. glossa 1. numero 12.

* Ad numerum 9. ibi.) Videant vocati fratres utrinque coniuncti quia in dubio, &c. Idem tenet Tellus hic, numer. fin. ad fin. Rojas de success. ab intestat. cap. 32. numero 12. & cap. 6. num. 11. & 12. Mieres in tractatu maioratus 2. par. quæst. 7. verbo, edixit, notabiliter, Velazquez hic, gloss. 2. num. 2.

* Ad numerum 10. ibi.) Sed pariter cum eo succedunt, &c. Eandem sententiam tenet Couarruias in epitome success. numero 7. Matiençus in dicta l. 5. titulo 8. libro 5. gloss. 1. numero 14. Velazquez hic, gloss. 2. numero 1. Rojas de success. ab intestat. cap. 32. num. 9. cum alijs quos Velazquez vbi supra refert, asserentes idem seruandum in testamentaria successione si testator fratres instituerit simpliciter etiam consobrini vocati intelliguntur, ut tradit Spino late in speculo testam. gloss. 1. principij num. 49.

* Ad num. 10. ibi.) Vnum tamen est, vide quos addidimus in num. 7 supra circa fin. ibi, imo quod magis est, &c.

* Ad numerum 14. ibi.) Iudicandum est secundum opinionem Azonis, &c. Secundum quam iudicandum esse etiam defendit Castillus hic, glossa 1. Cifuentes numero 4. Tellus Fernandez numero 3. Rojas de success. ab intestat. cap. 32. num. 18. & 19. Molina libro 3. cap. 7. numero 21. & 22. Matiençus in l. 5. titulo 8. libr. 5. Recopila. Gomez Arias hic, numer. 3. & 4. imo & in stricta disputatione veriore esse Azonis opinionem, eamque hac l. Tauri probari asserit Velazquez de Auendanno gl. 1. per totam.

* Ad numerum 14. ibi.) Item etiam iuxta prædicta vtiliter & necessario quæro, si quis decedat ab intesta. relicto patruo vel auunculo, &c. Si tamen quis decederet relicto patruo vel auunculo & alterius patris filijs hoc est, primos hijos de hermanos, patruus præfertur l. auunculo. C. communia de success. tradit Ioannes Yannez Parladorius libr. 2. rerum quotidianarum cap. 15.

* Ad eundem numerum ibi.) Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam,